

# Les descriptions originales des Odonates d'Europe

## 5. Müller, Otto Friederich (1730-1784)

Par Jacques d'AGUILAR  
7, rue Adrien Lejeune, F-93170 Bagnolet

**Mots clés :** ODONATES, SYSTEMATIQUE, DESCRIPTION, MÜLLER.

**Key-words :** ODONATA, SYSTEMATICS, MÜLLER.

**Résumé :** Ce cinquième article est consacré à Otto Friederich Müller (1730-1784) qui a décrit les espèces : *cyanea* (*Aeshna*), *pratense* (*Brachytron*), *fulva* (*Libellula*), *isoceles* (*Aeshna*) et *pedemontana* (*Sympetrum*).

**Summary : The original descriptions of European Odonata. 5.**  
**Müller, Otto Friederich (1730-1784).** This fifth article is devoted to Otto Friederich Müller (1730-1784) who described : *cyanea* (*Aeshna*), *pratense* (*Brachytron*), *fulva* (*Libellula*), *isoceles* (*Aeshna*) and *pedemontana* (*Sympetrum*).

---

Ce naturaliste danois, né et mort à Copenhague, a fait paraître une douzaine de publications dont deux ouvrages consacrés à la faune danoise et scandinave.

Pour ce qui concerne les Odonates, O. F. Müller a décrit, après Linné, cinq espèces nouvelles : quatre dans sa **Fauna** (1764) et une dans une note de 1767.

Dans **Fauna insectorum Fridrichsdalina...**, 1764, Hafniae (Copenhague) et Lipsiae (Leipzig), in 8, XXIV, 96 p., c'est aux pages 59 à 63 qu'il traite des *Libellula*. Il reprend onze des espèces linnéennes d'Europe (avec une erreur de transcription : *flaveolata* au lieu de *flaveola*) ; donne un nouveau nom à des espèces déjà connues de Linné : *quadrisfasciata* pour *grandis*, *variegata* pour *vulgata*, *rubra* pour *flaveola*, *frumenti* pour *cancellata* et crée quatre espèces, dont les genres actuels sont indiqués entre parenthèses : *cyanea* (*Aeshna*), *pratensis* (*Brachytron*), *fulva*\* (*Libellula*), *sanguinea* (*Sympetrum*) ainsi que deux redescriptions : *Hafniensis* (= *pratensis*), *Fridichsdalensis* (= *fulva*).

Par la suite dans un article, **Enumeratio ac descriptio Libellularum agri Fridichsdalensis (Obs. 29)** paru dans **Nova Acta Physico-Medica Acad. Caesareae Leopoldino-Carolinae...** 1767, T. 3 p.. 122-131, il passe

---

\* c'est cette espèce que Fabricius, en 1798, redécrit sous le nom de *conspurcata*.

en revue 29 espèces et décrit comme variété de *Libellula quadrisfasciata* (= *grandis*), *isoceles* (devenu *Aeshna isoceles*).

De plus, il faut aussi signaler que cet auteur a décrit *L. pedemontana* dans une publication d'Allioni auquel on lui attribue parfois la paternité. Il s'agit de *Manipulus Insectorum Taurinensium* paru dans **Mélanges de la soc. Roy. De Turin**, 1766, T. 3 n°7 p. 194.

Cette espèce doit donc être citée : *Sympetrum pedemontanum* (Müller in Allioni, 1766).

Nous reproduisons ci-après :

- en pages 55 à 65, la page de titre de **Fauna insectorum Fridrichsdalina...**, les pages de dédicace V à IX, les pages 59 à 63 sur les libellules,

- en pages 66 à 76, la page de titre de **Acta Physico-medica** et les pages 122 à 131 sur les libellules,


- . en pages 77 à 80, la page de titre des **Mélanges de philosophie et de Mathématique de la société royale de Turin**, l'introduction de l'éditeur page 185 et 186 et la page 194 sur les libellules.



Portrait de O. F. Müller dans l'article de K. L. Henriksen, 1922,  
*Entomologiske Meddelelser*, 15 p. 59.

F A V N A  
INSECTORVM  
FRIDRICHSDALINA,  
S I V E  
METHODICA DESCRIPTIO INSECTORVM  
AGRI FRIDRICHSDALENSIS,

C V M  
CHARACTERIBVS GENERICIS  
ET SPECIFICIS,  
NOMINIBVS TRIVIALIBVS,  
LOCIS NATALIBVS,  
ICONIBVS ALLEGATIS,  
NOVISQVE PLVRIBVS SPECIEBVS  
A D D I T I S.



---

HAFNIAE ET LIPSIAE,  
IN OFFICINA LIBRARIA IO. FRID. GLEDITSCHII  
Ccccxxiv.

## ILLVSTRISSIME COMES,

**R**eligionem amare, Iustitiam colere, Naturam sequi: haec ILLVSTRISSIME COMES, per tria fere lustra intra parietes versata, iam in eo sunt, vt extra limen proferantur. Liceat ergo veterano TVO commilitoni, TIBI ingredienti theatrum, in quo illa periclitatur, ista torquetur, haec anceps est, acclamare: singulis ita conuenienter viue, vt haec illi porro famulentur. Ac, cum non minus naturam, testem diuinae potentiae et sapientiae multiformem, quam ipsius conditoris praecepta, normam ac

felicitatem vniuersi efficientia, mecum secutus  
sis, illustre TVVM nomen his deliciolis, quo-  
rum tanta pars TE sibi vindicat, praescribi in-  
dulgeas. Habeant ciues documentum, Comi-  
tem de SCHVLIN adolescentulum, horis,  
quibus a studiis vacare oportuit, per tria natu-  
rae regna mecum spolia, vti quondam Scipio-  
nem et Laelium conchas et calculos, le<sup>t</sup>itiasse:  
turpe enim censebas, in patria hospitem esse.  
Hinc angulus, qui TIBI maxime arridet, cul-  
tiorem naturae historiam sistere potest. Ma<sup>c</sup>te  
virtute paterna, in patriae emolumentum,  
optimi Regis ministerium, Matris pientissimae  
gaudium, et omnium bonorum applausum,  
ac faue

## ILLVSTRISSIMI NOMINIS

Lipsiae, Kal. Ian.  
1764.

Cultori obseruantissimo  
Ottoni Friderico Müller.

## L E C T O R I.

**I**n insectis, animalium licet minimis, maxime elutet infinita Creatoris sapientia et potentia. Hoc sufficeret ad excitandum hominem ad horum considerationem, si nec plura eandem persuaderent. Addamus vnum: nobiscum cohabitant et in omnes res nostras dominium quoddam nobis utile, vel noxiun exercent; sunt enim Ministri vel beneficia vel supplicia Dei nutu gentibus adferentes; iustum igitur, notitiam hostis aequa ac euergetae quaeri, illius, ut repellatur, huius, ut faueatur, sine qua frustra esset media vel destruentia vel souentia curare. Hinc facile patet utilitas historiae naturalis, ut taceam delices eius tantas, ut nihil excedat: quid enim iucundius Deum quoquis gressu in operibus suis inuenire, in animo mirari? numne finis nostrae et omnis creationis, ut eum quamplurimum cogitemus, contemplemus, veneremur? sequeremurne eius praecincta, cuius diuinitatis vestigia quotidie videmus, sentimus!

Gratiam occasionem natus, maximam et amoenissimam anni partem ruri degendi, in villa neimpera  
**PRAE**  
**EXCELEN**  
**TISSIMA**  
**E DOMINA**  
**COMITISSA**  
**A SCHVLIN** historiae naturalis fautricis  
 benignissimae, duos fere lapides Hafniae distante,

VIII                    L E C T O R I .

horas subcesuas ei Botanices parti, quae maiorem attentionem et quotidianam praesentiam requirit, impendi, Muscorum scilicet, Lichenum Fungorumque indagationi. Herbas diligere, et non animadvertere harum inhabitatores, sectatores, destructores, nemo nisi altero coecus oculo poterit; nouus hinc aperiebatur campus: quaesui, inueni, cognoui, seposui quotquot eius incolarum offendere contigit; omnibus examini descriptionum Linnearum saepius comparatis, quaedam semper restitere, quibus nulla omnino nec in systemate nec in Fauna Suec. Edit. alter. 1761. conueniebat. Quo aequius igitur historiam naturalem his nouis adaugere, eo minus alienum videtur caetera eius regionis insecta simul enumerare, praesertim cum nulla haec tenus in patria Fauna existenter, certoque assererem possum, nullum peregrinum subripuisse, quoduis vero esse domesticum; singulum enim ipse viuum legi, quam diligentissime et quantum humanae naturae cautum est vel decies contuli, suoque ordine et loco sepositum seruo. Nec tamen omnia, quae ille agellus ait, hic habentur; quaedam enim modo procul prospicere, plura vel in laruis, vel hoc ne quidem licuit; Sublegenda vero, otium si in patriam reduci forte concedatur.

Descriptiones Celeber. ac Illustris Equitis a Linne adhibui, eius methodum in nouis describendis fecutus, ne scientia eiusque amatores verborum copia, varietate, vel nouitate opprimerentur.

Asteri-

## LECTORI.

## IX

Asterismum nouis speciebus apposui, vt a iam notis dignoscantur. Charakteres ordini et Generi praeposui, vt inquisitio tironi facilior reddatur. Icones, quotquot apud practantiores Entomologos *Frisch*, *Reaumur*, *Roesel*, *de Geer* — nostris adaptatae vi-sac, vt optimas, adituque facillimas attuli.

Libello iam impresso, in Nouellis literariis *Erlangen*s, indicebatur *l'Abregé de l'histoire des Insectes dans les environs de Paris 1762*. Perlegens comperii, autorem huius celeberrimum a methodo Linneana in plurimis nouis generibus singendis eorumque characteribus determinandis haud parum discedere; scientiae naturali igitur et librorum utriusque autoris lectioni facilitandae proprium ratus noua haec genera cum characteribus ad Linneana reducere, reducta in schemate coram posui. Liberum hinc et facile cuique lectori erit, obuium quodue insectum alterutrius generibus conserre, collatique descriptionem quaerere. Fruere his inecum, amice Lector, in gloriam supremi Numinis, oblationem animi, et quamcunque utilitatem.

## LEPIDOPT. PHAL. ALVC. NEVROPT. LIBEL. 59

VII. *Alucitae.*

524. *PHALAE NA ALVCITA monodactyla* alis patentibus linearibus indiuisis.

In horto.

525. *PHAL. ALVCITA didactyla* alis patentibus fissis fuscis: strigis albis: anticis bifidis; posticis tripartitis.

In nemore.

526. *PHAL. ALVCITA pterodactyla* alis patentibus fissis testaceis: puncto fusco.

In nemore.

527. *PHAL. ALVCITA tesseradactyla* alis patentibus fissis cinereo-nebulosis, posticis fulcis.

In nemore.

528. *PHAL. ALVCITA tetradaactyla* alis patentibus fissis pallidis: lineis albis.


Inter frutices.

529. *PHAL. ALVCITA penta-dactyla*, alis patentibus fissis quinque partitis niueis: digito quinto distincto.

In horto.

530.\* *PHAL. ALVCITA heterodactyla* alis patentibus fissis, nigris, maculis albis, anticis bifidis: posticis tripartitis.

In horto.



## ORDO IV.

## NEVROPTERA.

*ALAE QUATVOR NVDAE, VENIS RETICVLATAE.*

*CAVDA SAEPIVS ALIQVO SEXVS ADMINICVLIO INSTRVCTA, INERMIS.*

## 37. LIBELLVLA.

*Os maxillosum: maxillis pluribus.*

*Antennae thorace breviores.*

*Alae extenae.*

*Cauda particulis hamofo-foliaceis.*

531. *LIBELLVLA quadrimaculata*, alis posticis basi, omnibusque medio antico macula nigricante.

*α. Libellula*

## 60 NEVROPTERA. LIBELLVLA.

- α. *Libellula quadrimaculata* macula marginali umbra-ta: oculis fuscis sex punctatis.
- β. *Libellula quadrimaculata* macula marginali nebulosa: abdomine pellucido.
- γ. *Libellula quadrimaculata* macula marginali media ocellata.
- δ. *Libellula quadrimaculata* macula marginali media duplicata: abdomine aequali.
- η. *Libellula quadrimaculata* macula marginali media duplicata et punctata: abdomine attenuato.  
In paludibus.

## 532. LIBELLVLA flaveolata, alis albis basi luteis.

- α. *Libellula flaveolata* alis albis basi maculaque marginali luteis.
- β. *Libellula flaveolata* alis albis basi maculaque marginali et media superiorum luteis.
- γ. *Libellula flaveolata* alis albis basi maculaque marginali et media omnium luteis.  
Prope amnem.

## 533. LIBELLVLA vulgata alis albis, corpore fusco: cauda simplici.

In aquis.

## 534. LIBELLVLA rubicunda, alis tantum posticis basi nigricantibus.

- α. *Libellula rubicunda* macula marginali ferruginea.
- β. *Libellula rubicunda* macula marginali atra.  
In aquis.

## 535. LIBELLVLA deppressa alis omnibus basi nigricantibus: thorace lineis duabus flauis: abdomine depresso lanceolato lateribus flauescente.

*Roeſ. inf. 2. aqu. 2. t. 6. f. 4.*  
In aquis.

## 536. LIBELLVLA vulgatissima thorace strigis octo flauicantibus.

In aquis.

## 537. LIBEL-

## NEVROPTERA. LIBELLVLA. 61

537. *LIBELLVLA cancellata* alis basi immaculatis: abdome dorso lateribusque interrupte luteis.

Ad aquas.

538. *LIBELLVLA aenea* thorace aeneo viridi.

$\beta$ . *Libellula viridi-inaurata*: alis pallidis: pedibus nigris.

*Roeſ. inf. 2. aqu. 2. t. 5. f. 2.*

Ad aquas.

539. *LIBELLVLA forcipata* thorace nigro: characteribus variis flauescentibus.

*Reaum. inf. 4. t. 10. f. 4.*

*Roeſ. inf. 2. aqu. 2. t. 5. f. 3 et 4.*

Ad aquas.

540. *LIBELLVLA quadrifasciata* thoracis lateribus lineis quatuor luteis.

$\alpha$ . *Libellula quadrifasciata* alis glaucescentibus: thoracis lineis quatuor flauis.

$\beta$ . *Libellula quadrifasciata* alis albidis: abdomine rufo-fusco, dorso baseos triangulo flauo.

$\gamma$ . *Libellula quadrifasciata* alis totis albidis: abdomine rufo-fusco, dorso baseos sex lineis inaequalibus nigris.

$\delta$ . *Libellula quadrifasciata* alis albidis: abdomine punctis maculis, lineisque diuersicoloribus variegato.

$\eta$ . *Libellula quadrifasciata* alis flauescentibus: abdome prope basin attenuato.

*Roeſ. inf. 2. t. 4. f. 14.*

$\zeta$ . *Libellula quadrifasciata* alis flauescentibus: abdome basi crassio.

Ad amnem.

541.\* *LIBELLVLA cyanea* alis albidis, punto marginali nigro: lineis sex thoracis sulphureis.

*Roeſ. inf. 2. aqu. t. 2. f. 1.*

Ad amnem.

542.\* *LIBELLVLA Hafniensis* alis basi margineque superiori aureis: thoracis lateribus sexfasciatis: abdome nigro lineis punctisque sulphureis.

In pratis.

543.\*

## 62 NEVROPTERA. LIBELLULA.

- 543.\* *LIBELLULA pratenis* alis hyalinis: thoracis lateribus fasciis virentibus octo, antice tribus fuscis.  
In aquis.
- 544.\* *LIBELLULA fulua*, alis basi fulvescentibus, macula marginali nigra: thorace abdomineque fuluo.  
In aquis.
- 545.\* *LIBELLULA triedra*, alis omnibus basi luteis, puncto marginali nigro: abdomine triangulari.  
 β. *Libellula triedra* alis posticis basi luteis —  
 γ. *Libellula triedra* alis nullis basi luteis —  
In aquis.
- 546.\* *LIBELLULA squamata*, alis albidis puncto marginali lutescente: lineis thoracis quatuor caeruleis.  
In aquis.
- 547.\* *LIBELLULA sanguinea*, alis hyalinis puncto marginali ferrugineo: dorso sanguineo.  
Roeſ. in. 2. aq. 2. t. 8. f. 4.  
In aquis.
- 548.\* *LIBELLULA variegata*, alis hyalinis puncto marginali ferrugineo: abdomine flavo rubeo que variegato.  
Roeſ. inf. 2. aqu. 2. t. 1. f. 2.  
In aquis.
- 549.\* *LIBELLULA Fridrichsdalensis* alis prioribus linea, posticis macula baseos nigricante: abdomine depresso toto caeruleo.  
In aquis.
- 550.\* *LIBELLULA rubra*, alis postieis basi lata macula flavescente: thorace abdomineque cylindrico rubro.  
In aquis.
- 551.\* *LIBELLULA frumenti*, alis albis puncto marginali nigricante: abdomine subluteo, linea interrupta lateral nigra.  
Roeſ. inf. 2. aqu. 2. t. 7. f. 4.  
In aquis.
552. *LIBELLULA virgo* alis ereatis coloratis.  
 α. *Libellula corpore sericeo nitido*: alis luteo fuscis: margine immaculatis.  
 γ. Libel-

## NEVROPTERA. LIBELLVLA. EPHEMERA. 63

$\gamma$ . *Libellula corpore viridi-caeruleo*: alis subfuscis,  
puncto marginali albo.

*Roeſ. inf. 2. aqu. 2. t. 9. f. 6.*

$\delta$ . *Libellula corpore sericeo nitido*: alis inaurato-fu-  
scis, macula nigra.

*Roeſ. inf. 2. aqu. 2. t. 9. f. 5.*

Ad amnem.

553. *LIBELLVL A puella* alis erectis hyalinis.

*Roeſ. inf. 2. aqu. 2. t. 10 et 11.*

$\alpha$ . *Libellula corpore sericeo*: alis puncto marginali  
fusco.

$\beta$ . *Libellula corpore incarnato*: alis puncto marginali  
fusco.

$\gamma$ . *Libellula corpore sericeo*: alis puncto marginali  
nigro.

$\delta$ . *Libellula corpore caeruleo cinereoque alterno*: alis  
puncto marginali nigro.

$\epsilon$ . *Libellula corpore fusco nigroque alterno*: alis pun-  
cto marginali albo.

Ad paludes.

\* *LIBEL.* nou. descript. vide in *actis N. C.* an. 1764.

## 38. EPHEMERA.

*Os edentulum absque palpis.*

*Alae erectae: posticis minimis.*

*Cauda saepius fereosa.*

554.\* *EPHEMERA Danica* cauda trifeta: alis pallide au-  
reis maculatis.

In paludibus, vulgata maior.

555. *EPHEMERA vulgata*, cauda trifeta: alis nebuloso-  
maculatis.

In ripa.

556. *EPHEMERA bioculata*, cauda biseta: alis albis reti-  
culatis.

Iuxta aquas.

557. *EPHEMERA fuscata*, cauda biseta: corpore fusco:  
alis segmentisque abdominis albis.

In palude.

## 39. PHRY-



122

*Observatio XXIX.*

quod mera aqua in Lapide mutabili efficitur; neque sponte ad opacitatem redeunt.

(*Groninga Halam missa d. 12. Mart. 1763.*)

*O B S E R V A T I O XXIX.*

Dn. OTTON. FRIDER. MÜLLERI.

*Enumeratio ac Descriptio Libellularum agri Friburgensis. \*)*

**H**istoriae naturali horis subsecivis per duo Iustra intento, novissime in collectione & investigatione Oeconomiae Insectorum præter alia nova, vel minus cognita, maior numerus *Libellularum* obtigit, quam qui huc usque notus est, vel in Systemate Viri de re physica optime meriti reperitur. Alia vero Physics parte totum meum otium occupante, tantum temporis nondum his impendere licuit, quantum ad stabiliendum species notandasque veras varietates mihi satis esset. Utriusque sexus in coitu deprehensio, quæ ad evitandam specierum augmentacionem non parum confert, mihi quidem in plerisque contigit: e qualibet specie & varietate non modo individuum vidi, & examinavi, gregem vero offendi, earumque exemplaria servo; de natura tamen eiusque varietatibus non est, quod audacter pronunciem. Quid, quod! e patria ad exterios peregre profecturus, mallem meam qualemcumque publici iuris facere, quam ulteriorem incertam exspectare inquisitionem. En! igitur animalium maxime voracium duodeviginti varietates, duodecimque novas species. Oeconomiam, metamorphosin, qualitates harum qui desiderat, celeberrimos Viros, ROESELIUM, REAUMUR &c., quorum experientias veras comperi, adeat.

**LIBEL-**

\*) **E**t Prædium, vix duos lapides *Hafnia* distans, Excellentissimæ, & Illustrissimæ Comitis a SCHULIN, natus a MOESTING, historiæ naturalis cultricis, sautricisque benignissimæ.

*Enumeratio ac Descriptio Libellularum agri &c. 123*

## LIBELLVLA

Insectorum Methodi Linæane Ordinis quarti Genus primum.

Charact. gen. Os maxillosum, antennæ thorace breviores, alæ extensæ. Cauda particulis hamoso-foliaceis.

1) *LIBELLULA quadrimaculata* alis posticis basi, omnibus medio antico macula nigricante. *Faun. Svec. 1459. Edit. 1761.*

RAL. *Inf. 72. n. 3.* Libella maxima abdomine longo temui laevi viridi splendente, ad initium & finem intumescente.

*Descriptio LINNAEI* bene in nostram quadrat; punctum vero marginale medians vix nota huic speciei essentialis esse potest, nisi sequentes meras esse varietates doceret experientia futura. Haec omnes, quas varietates supposui, nobis valde frequentes, cum LINNAEI in *Faun. Svec. rarior dicatur.*

α *Libellula macula alarum marginali media umbratica;* oculis sex punctatis.

Oculi fusi sunt, & in quovis puncta tria flava.

β *Libellula macula alarum marginali media nebulosa.*

DESCR. Loco macula conspicitur nubecula obscura.

Oculi fuso-virides. Abdomen pellucidum, flacrum, subtus latius.

γ *Libellula macula alarum marginali media ocellata.*

Prope maculam baseos inferiorum alarion nigrum & videtur punctum ocellatum.

ε *Libellula macula alarum marginali media duplicata:* abdome æquali.

η *Libellula macula alarum marginali media duplicata & punctata:* abdome attenuato.

In E basis & apex abdominis æquali latitudine; in ceteris abdomen attenuatum ex lato principio. In E cauda diphylla uti in LINNAEI, in ceteris tripbylla differentia sexus secundum ROESEUM.

124

## Observatio XXIX.

- 2) **LIBELLULA flaveolata** alis albis basi punctoque marginali luteis. *Faun. Svec. 1460.* Libellula alis albis basi luteis.  
*Thorax meæ vix niger, totus vero flavus curvativnculis prope pedes nigris. Frons flava, non virescens: oculi semi-virides, semi-fusci. Macula inferiorum lutea quadruplo major macula superiorum clarum. Nulla macula alarum media.*
- β) Libellula alis albis, basi maculaque marginali media superiorum alarum luteis.
- γ) Libellula alis albis, basi maculaque marginali media omnium luteis.
- 3) **LIBELLULA vulgata** alis albis, corpore fusco, cauda simplici. *Faun. Svec. 1461.*  
*RAI. Insect. 49. n. 6: Libella maxima, abdomine flavo angustiore, nullis ad radicem alarum maculis fuscis.*
- 4) **LIBELLULA rubicunda** alis tantum posticis basi nigricantibus: macula marginali ferruginea. *Faun. Svec. 1462.*  
 β) Libellula alis tantum posticis basi nigricantibus: macula marginali atra.  
*Huic in dorso abdominis maculae duae rubrie, quatuor luteæ; barum tres obsoleta, quarta splendida.*  
*Hæc quoque mas fuit, & cum altera vulgaris.*
- 5) **LIBELLULA depreßa** alis basi nigricantibus, abdomine depresso lanceolato, lateribus flavescente. *Faun. Svec. 1463.* HOFNAG. Archetyp. Part. 3. T. 5.  
*ROESEL Ins. 2. aqu. tab. 6. f. 4. RAI. Ins. 49. 4. Libella maxima, abdomine breviore latioreque flavo.*
- 6) **LIBELLULA vulgatissima** thorace strigis octo flavidantibus. *Faun. Svec. 1464.* SWAMMERD. Hist. Ins. T. 8. f. 6.
- 7) **LIBELLULA cancellata** alis basi immaculatis, abdomine dorso lateribusque interrupte luteis. *Faun. Svec. 1465.*  
 β) Libellula alis hyalinis puncto marginali nigro.

DESCR.

### Enumeratio ac Descriptio Libellularum agri &c. 125

**DESCR.** *Facies nigra, thorax niger, basis, latere utrinque due lineæ quatuorque puncta sulphureæ, subtus tria puncta triangularia. Frons & os nigrum, lineola lutea intermedia. Abdomen breve, nigrum basi supra flavum.*

- 8) **LIBELLULA ænea** viridi inaurata alis pallidis, pedibus nigris.  
*Faun. Svec. 1466. ROESEL. Inf. 2. aqu. T. V. f. 2. RAI.*  
*Inf. 49, 3. Libella maxima, abdomine longo, tenui,*  
*lævi, viridi-splendente, ad initium & finem intumes-*  
*cente.*
- 9) **LIBELLULA quadrifasciata**, thoracis lateribus lineis quatuor  
 luteis; abdomine longo cylindraceo.

Species, an varietates?

α *Libellula grandis* alis glaucescentibus, thoracis lineis qua-  
 tuor flavis. *Faun. Svec. 1467.*

β *Libellula Isoleles* alis albentibus: abdomine rufo-fusco,  
 basi dorſi triangulo flavo.

*Alæ in mare albidae, inferiores quident ad basin incurvataam lutes-  
 centes, in feminæ alæ omnes subflavescentes. Lineæ thoracis la-  
 terales obsoleto-flavæ.*

γ *Libellula rufa* alis albentibus: abdomine rufo-fusco, basi  
 dorſi sexlineata.

*Alæ tota albida, minime ad basin lutescentes, punctum marginale  
 fuscum. Basin dorſi abdominis loco trianguli sex lineis nigris  
 inæqualibus notata.*

ι *Libellula ocellata* alis albentibus: abdomine pulchre varie-  
 gato.

**DESCR.** *Facies fusca, flavaque variegata. Alariæ punctum marginale lutescens. Oculi fusci. Thorax subfuscus, basis, utrinque lineis duabus latis flavo-virentibus. Abdomen prope basin rotundatum, crassum, maculis lineisque diversicoloribus. In tribus prioribus articulis maculae laterales sulphureæ, secunda & tertia puncto nigro notatis; in*

## 126

## Observatio XXIX.

*reliquis maculae latæ albescentes. Ligamenta articulorum nigra. Supra ligamentum quodcumque a tergo due maculae flavæ, oculorum instar lineola nigra cinctæ; sic ad caudam sensim diminuantur & albescunt, in medio cuiusvis articuli linea transversalis nigra, cui ad sunt striae duas flavæ. Abdomen subtus fuscum, linea intermedia nigricante.*

n *Libellula nobilis* alis fulvescentibus: abdomine rufo-fusco, prope basin attenuato: maculis lateralibus albo-cœruleis.

RAI. *Ins. 49, 7.* *Libella maxima*, abdomine longo tenuiori, alis fulvescentibus.

ROESEL. *Ins. 2, aqu. T. 4. f. 14.*

*In vivis nulli pulchritudine secunda; morte vero maculae albo-cœruleæ evanescunt.*

♂ *Libellula plebeia* alis fulvescentibus: abdomine rufo-fusco basi crassò.

DESCRIPT. *Caput nigro-fuscum; frons lutea. Thorax rufo-fusco lineis lateralibus 4 flavis; abdomen nigrius novem constans articulis a basi ad apicem decrementibus. Latere cuiusvis articuli facit lineola nigra cum basi angulum, cui includitur macula cœrulea, post mortem lutea. Abdomen subtus, uti & ligamenta articulorum picea.*

ε. n. ♂. facile crederem veras Libellularum species a precedentibus diversas.

10) *LIBELLULA forcipata* thorace nigro: characteribus vatis flavescentibus. *Fam. Svec. 1469.*

ROESEL. *Ins. aqu. T. 5. f. 3, 4.*

*Inter majores facies atra, lugubris. Thoraci antico M nigrum.*

*Descriptio celeberr. LINNAEI quidem iusta; observatunculam tanca addere liceat. Proprium huic est absentia membranæ alarum inferiorum accessoria, & in maris latere secundi articuli abdominis, prope maculam luteam, auricula lutea prostans.*

*Primo Iunii in arvis frequens.*

11) *Libel-*

*Enumeratio ac Descriptio Libellularion agri &c. 127*

11) LIBELLUM A Friedrichsdalenis alis basi nigricantibus, abdome depresso coeruleo.

RAL. *Ins. 140*, 2. Libella maxima abdome breviore & crassiore latoioreque coeruleo.

ROESEL. *Ins. aqu. T. 7. f. 3.*

Mense Iunio gress barum apparuit, post Solstitium nulla. Macula nigra basos alarum flavo permixta. Punctum marginale rigans, ROESLLI Libella differt a nostra maculis lateralibus abdominis flavis, que mibi in nulla rite; barum loco zero macula depresso pallidiores reliquo abdorini.

12) LIBELLUM A cyanea alis hyalinis, puncto marginali nigro: lineis sex thoracis luteo-virentibus.

ROESEL. *Ins. aquit. t. 2. f. 2.*

Medio Septembri.

DESCRIPT. En maximis. Frons sulphurea, linea transversa nigra; prope basin puncta duo excavata nigra. Oculi cyanei. Thorax fusca utrinque, & antice duabus lineis transversalibus sulphureis. Alis color Iulius, maculaque marginidis nigra. Pedes toti aterrimi. Abdomen cylindricior basin versus alteruation; dorsum nigro, cyaneo, fusco, luteoque variegatum. Articulus thoraci proximus fusca, utrinque maculis 4. sulphureis; antice & postice linea late cyanea, cuius in medio tres striae, situ triangulari interrupto lutescunt. Sequentes 8. articuli nigri maculis lateralibus coeruleis, dorsibus cyaneis, lineolisque albidis. Subtus fusca.

13) LIBELLUM Hafniensis, alarum linea marginali aurea: thoracis lateribus fasciis sex: abdome lineis punctisque luteis.

Inter maiores.

DESCRIPT. O: nigro luteoque lineatum. Oculi pallentes. Thorax antice tenuentibus, fusca, basi duabus maculis luteis; utrinque tres fascie obliquae luteae, rotundique alternantes lineae nigre. Alio

128

## Observatio XXIX.

*Alæ basi & superiori margine aureo. Pedes nigri. Abdomen nigrum. Dorso cuiusvis articuli antice 2. linea interruptæ, postice 2. pustula, lateribus fascia longitudinalis interrupta lutea.*

- 14) *LIBELLULA pratinis* alis hyalinis: thorace fasciis tribus fuscis, oculo virentibus,  
Mense Iunio.

DESCRIPT. *Frons flava. Oculi cyanei. Thorax bimaculatus dorso fasciis 2. flavo-virentibus, 3. castaneis, basi lateralium lineola, inferius macula flava; lateri cuique thoracis 3. fasciae flavo-virentes, lineis 2. nigris separatae. Pedes nigri. Alæ hyaline macula marginali subfuscâ vix distinguenda. Abdomen nigrum, cuique articulo lineole transversæ 2, sub quib[us] 2, latereque 3. maculae carmineo-virentes.*

- 15) *LIBELLULA sanguinea*, alis hyalinis, puncto marginali ferrugineo: abdomine sanguineo.

ROESEL. *Inf. aquat. T. 8. f. 4.*

DESCRIPT. *Facies sanguinea, frons fuscâ. Thorax bimaculatus, superne fuscus, latere luteo-rubens. Dorsum abdominis torum sanguineum, 2, ultimus articulis lineola nigra.*

- 16) *LIBELLULA variegata* alis hyalinis, puncto marginali ferrugineo: abdomine flavo rubeoque variegato.

ROESEL. *Inf. aqu. T. 2. f. 2.*

DESCR. *Præcedenti similis, sed maior, differt puncto marginali flavo-rubente, pedibusque superne luteis. Nec varietas; facies enim diversa, gregemque utriusque speciei diversam sepe offendit, ac utriusque sexus individua possideo. Abdomen in femina crassius flavius, que est.*

- 17) *LIBELLULA rubra* alis posticis basi lata macula flavescenti-bus: thorace ab domineque rubro.

DESCRIPT. *Thorax bimaculatus obsoletæ rubet, lateribus lineæ 4. flavae. Pedes nigri; superiores alæ basi vix flavae, inferiores flavissime: punctum*

*Enumeratio ac Descriptio Libellularum agri &c. 129*

*punctum marginale ferrugineum. Abdomen rubricat, subtus nigrum.*

- 18) *LIBELLULA fragmenti alis albis: thorace abdomeque luteo.*

ROESL. *Inf. aqu. T. 8. f. 3.*

DESCR. *Ale basi vix lutea; punctum marginale nigricans. Thorax abdomeque luteum, subtus nigrum, latere linea longitudinalis interrupta nigra.*

- 19 *LIBELLULA triplena, alis omnibus basi flavis, puncto marginali nigro: abdome triangulari.*

*♂) Libellula alis posticis basi flavis, abdome triangulari.*

*♀) Libellula alis nullis basi flavis, abdome triangulari.*

DESCR. *Amena est, minor reliquis. Thorax viridi luteoque variegatus. Pedes nigri. Abdomen breve dorso acutum nigrum, maculis flavis.*

- 20) *LIBELLULA fulva alis basi fulvescentibus: thorace abdomeque fulvo.*

DESCRIPT. *Tota fulva. Frons scil. thorax, abdomen, femora priora. Oculi ex parte fusci, virentesque. Basis alarum, cum nigredine quadam, & costa marginalis fulva; punctum marginale nigrum. Pedes posteriores & tibiae anteriorum nigrae. In abdome linea marginales & macula dorsalis, que apicem versus augetur, nigra. Femina differt nubecula nigricante in apice omnium alarum.*

- 21) *LIBELLULA globulata alis hyalinis: puncto marginali abdomeque luteo-fusco.*

ROESL. *Inf. aqu. T. 8. f. 5.*

DESCR. *Facies fusca. Oculi virides. Thorax hispatus, superne 2, a latere 3. lineolis albidis. Cuius articulo abdominis linea nigra; subtus abdomen albo-cerulescens. Cauda diphylla, globulo affidente fusco.*

*Nov. Act. Phys. Med. Tom. III.*

R

22) *LIBEL-*

130

## Observatio XXIX.

- 22) *LIBELLULA squamata* alis albidis, puncto marginali lutescente: lineis thoracis quatuor caeruleis.

Medio Septembri.

DESCR. *Facies fusca, albo variegata. Oculi fuscii. Thorax fuscus lineis utrinque 2. albo-caeruleis. Pedes nigro-fuscii, squamula ad basim posteriorum alba. Abdomen cylindricum, fuscum, albo, nigro-que mire mixtum; subtus fuscum.*

- 23) *LIBELLULA virgo* alis crectis coloratis. *Faun. Svec. 1470,*

$\alpha)$  *Rai. Inf. 50, II.* Libella media corpore e viridi cæruleo-lescente, alis fulvescentibus absque maculis.

HOFNAG. *Archet p. Part. 2. T. 9.*

$\gamma)$  *Libellula corpore viridi-caeruleo:* alis subfuscis: puncto marginali albo.

ROESEL. *Inf. aqu. T. 9. f. 6.* HOFNAG. *Archetyp. II.*

$\delta)$  *Libellula corpore sericeo nitido;* alis inaurato-fuscis: macula nigra.

RAI. *Inf. 50. 9.* Libella media, corpore partim viridi, partim caeruleo, alis media parte maculis amplissimis e caeruleo nigricantibus.

ROESEL. *Inf. aquat. T. 9. f. 7.*

HOPNAG. *Archetyp. Part. 3. T. 6.*

- 24) *LIBELLULA puella*, alis erectis hyalinis. *Faun. Svec. 1471.*

ROESEL. *Inf. aquat. T. 10. & T. 11.*

$\alpha)$  *Libellula corpore sericeo:* alis puncto marginali fuscum.

$\beta)$  *Libellula corpore incarnato:* alis puncto marginali fuscum.

RAI. *Inf. 140, 2.* Libella minor corpore purpureo-rubente.

$\gamma)$  *Libellula corpore sericeo:* alis puncto marginali nigro.

RAI. *Inf. 140, I.* Libella minor, corpore lucide caeruleo.

$\delta)$  *Libel-*

*Enumeratio ac Descriptio Libellularum agri &c. 131*

- ♂) Libellula corpore cœruleo cinereoque alterno: alis puncto marginali nigro.
- ♀) Libellula corpore fusco nigroque alterno: alis puncto marginali albo.

**DESCRIPT.** *In E ale hyalina nitida; punctum marginale album, humeri obversum modo conspicitur. Frons nigra. Caput & oculi fuscii; bi in extremitate thoraci proxima punctis ovalibus fuscis notati. Thorax luteo-fuscus, lineis longitudinalibus tribus nigris.*

(*Hafnia Halam missa d. 4. Maii, 1763.*

**O B S E R V A T I O XXX.**

Dn. M. BALTHASAR. SPRENGERI.

*Perdix a formicis exclusa.*

**E**x quo Gallorum illustris Dn. de REAUMUR, eum insigni Physices incremento, eo devenit, ut gallinæ vices gerat, & ova excludat arte sua; non minor æmulatio Germaniam illustrat. Apud nos animalia, antiquitus ob sagacitatem & industriam celebrata, formicæ, nuper idem experimentum feliciter in suis domiciliis repetierunt. Illustris Naturæ Curiosorum Academia regre non feret, si hanc Observationem cum suis circumstantiis describam, eiusque perspicacissimo Domino Præsidi tradam. Mense Iulio, & quidem eius die XX. anni præteriti Princeps Hohenzollerano-Hechingensis iussit scenum in suis pratis demeti. Cum parens meus, Inspector rerum Cameralium, interesset, meque comitem esse vellet, accidit, ut prope pagum Sickingen, rusticus, Dacker nominatus, falcato messorio instrumento, (Sense) tumulum, quem formicæ ad domicilium ibi exstruendum exaltaverant, divideret incautus. Accesli invitatus rustici exsecrationibus, & ad tempus fallendum penitus constitui perlustrare ani-

MÉLANGES  
*D E*  
PHILOSOPHIE ET DE MATHÉMATIQUE  
*D E L A*  
SOCIÉTÉ ROYALE  
DE TURIN

POUR LES ANNÉES 1762-1765.



*A T U R I N , M D C C L X V I .*

---

DE L'IMPRIMERIE ROYALE.  
AVEC PERMISSION.

185

**M A N I P U L U S**  
*INSECTORUM TAURINENSIVM*  
**A CAROLO ALLIONIO**  
 E D I T U S .

**M**ANIPULUS hic insectorum pertinet ad Cl. Virum Ottoneum Fridericum MÜLLER, Danum, Acad. Imp. Nat. Cur., Societ. Scient. Boicae, & Helveticae Sodalem. Cl. hic Vir per Italianam litterarium iter facturus cum in hanc Urbem venisset, rerum hujuscē regionis ad historiam naturalem pertinentium feracitate excitatus, insectorum, atque etiam novorum non exiguae copiam in nostra patria adesse ratus, me quammaxime hortatus est, ut vellem hanc etiam naturalis historiae partem excolere, atque infecta colligere, quod per optimorum discipulorum naturalis historiae studio deditorum operam fieri curabo. Ipse autem per loca quaedam a me ipsi indicata, uti per colliculum Cappucinorum, & secus fl. Duriam aliquot ambulationes proxime elapsi Julii postremis diebus suscepit, excursionum comite Petro DANA meo discipulo, & diligenti naturalis historiae cultore, cum optimum virum, quod gratissimum certo fuisse, sequi non possem clinicis curis impeditus. Paucae vero ambulationes cum summa Cl. Viri oblectatione obtulere non pauca infecta, & ipse gavisus plurimum est se reperiisse in nostra regione Fridrichsdalina, Lapponica, Aegyptia, imo etiam Americana; tum etiam quaedam, quae minus nota, ac nova sunt. Manipulum itaque follicite conscripsit, quem Commentariis nostris adjicio, ut rem gratam, utiliisque naturalis historiae amatoribus faciam. In hoc autem manipulo ita recensentur collecta infecta, ut quae jam definita sunt, nominibus tantum trivias.

186

vialibus eritis ex Perilliustris LINNAEI Sist. natur. ed. 10.  
Eiusdem Fauna Suecica, & Fauna sua Fridrichsdalina indicen-  
tur; quae autem nova, aut minus nota sunt, ad sua ge-  
nera cum brevi descriptione referantur.

## COLEOPTERA.

**SCARABAEUS** *auratus*  
*variabilis.*  
*cervus.*  
*virens*, muticus capite thoraceque glabris,  
aeneis: elytris rugoso-testaceis: pedibus  
nigris.

*Totus glaber, sed pedus villosum. Co-*  
*lor capitis, thoracisque punctis minimis*  
*excavati ex aeneo viridis, uti quoque*  
*scutellum, & sutura elytrorum. Abdomen*  
*lateribus maculis pallidis, subitus glaber-*  
*rimum.*

**DERMESTES** *mollis.*  
*stercoreus.*

**SILPHA** *atrrata.*  
**CASSIDA** *viridis.*

**COCCINELLA** 2. *punctata.*  
5. *punctata.*  
7. *punctata.*  
9. *punctata.*  
13. *punctata.*  
22. *punctata.*  
2. *pustulata.*

**CHRYSOMELA** *graminis*  
*alni.*  
*nymphaea.*  
*staphyleac.*

CHRY-

194

**LIBELLULA****N E U R O P T E R A.**

*quadrisfasciata.*  
*Fridrichsdalenſis.*  
*sanguinea.*  
*frumenti.*

*riedra*, & alis omnibus basi lutescentibus : puncto marginali albido : abdome triangulari.

*Pedemontana*, alis hyalinis macula fusca : puncto marginali corporeque sanguineo.

$\beta$  alis hyalinis macula fusca : puncto marginali luteo : abdome fulvo.

*In*  $\epsilon$  *frons*, *pedus*, *abdomen* punctumque marginale rubra. *Thorax* & *macula* *alarum*, quae puncto marginali approximatur, fusca. *In*  $\beta$  *frons*, *pedus*, *punctum marginale lutea*. *Thorax* *abdomenque fulva*. *Pedes utriusque nigri*.

*virgo*  $\beta$ , &  $\epsilon$ .  
*puella*  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\delta$ .

**EPHEMERA****HEMEROBIUS**

*bioculata*.

*perla*.

*Chrysops*.

*communis*.

**PANORPA**

*Italica*, lutea alis aequalibus, puncto marginali : abdome falcato.

*Facies omnino Tipulae*, at alae quatuor, rostrumque Panorpae, licet minus communis. *Tota lutescens*. *Antennae setaceae*, oculi ocelli, & apex rostri fusca. *Abdomen falcatum*, supra luteum, subitus subvires apice fusco. *Pedes longissimi*, apice tibiae spina duplex. *Alae aequales lutescentes puncto marginali concolori*.

**HYMÉ-**